



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Citationis Edictalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

quem sequitur Alexand. consil. 39. nu. 2. lib. 3. Cepol. de simul. cont. in prin. num. 4. Bartol. de epit. par. 1. lib. 3. quaest. 14. num. 9. Tiraquell. de pen. temp. causa 48. num. 8. Grat. consil. 39. num. 4. lib. 2. Gabriel. de crimin. conclus. 8. nu. 3. Couar. in 4. par. cap. 2. §. 3. nu. 3. de vfu. & consuet. capit. 2. nu. 1. Nauar. in c. 1. §. tanto nu. 3. de pœnit. dist. 5.

RESOLVT. C.

- 1 Censui debet imponi super bonis liberis.
- 2 Vendens annuos redditus super bonis suppositis fidei commissio, pro aliquo pretio, potest cogi ad pretij restitutionem.
- 3 Ante euictionem sequutam agi non potest.

An census impositus super bonis fideicommissis subiectis valeat.

Respondi negatiue, ex quo inter ea, quæ concurrere debent ad huius contractus validitatem, illud principale est, vt imponatur super bonis liberis, vt tradunt Thesaur. in decision. 152. Viuius in decis. 73. per text. in extrauag. Regimen. de emptione, & venditione, & ita iuxta præsentem opinionem censuit Rota Romana in vna Bonon. censu 20. Martii 1600. coram Penia, vbi secundum Farinacium decis. 304. census impositus super bonis subiectis fideicommissio cum expressa prohibitione alienationis, nullus est, & venditor censui, & fideiussores ad restitutionem pretij recepti tenentur, vnde cum bona, super quibus census fuerat impositus essent fideicommissis, & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emptor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec. consil. 102. n. 10. versic. etiam quando lib. 6. & tenuit Rota in vna Romana censu de Cuppis die 27. Martii Anno 1577. coram D. Seraphino Oliuaro, & in alia Spoletana terrarum die 11. Nouembris 1599. coram D. Mellino, & iterum in eadem die 6. Martii 1600. coram eodem, & sæpe alias, cum enim bona non possent dari libera, proinde est ac si fuissent euicta, & consequenter locus erat restitutioni pretij, seu fortis principalis, l. si venditione ff. de euict. l. super empt. Codic. eodem, quo casu talis rescindens compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quauis causa, in casu etiam inualiditatis, & rescissionis contractus, Dec. consil. 30. nu. 4. versic. sed in questione Paris. consil. 79. nu. 42. & consil. 97. nu. 25. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. num. 2. quod sine difficultate videbatur dicendum in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligauerunt, qui propterea tenebantur promissa adimplere Grammat. decision. 272. numero secundo, & tertio, & licet generaliter ante sequutam euictionem agi non posset, ea tamen regula limitatur multis modis, vt patet in prædicta, decis. in causa Romana de Cuppis, in qua contra fideiussores promittentes emptori tradi liberam, ante euictionem agi potest glo. in l. qui rem in versicul. non potest C. de euict. Olasc. decision. 24. nu. 4. Dec. dict. consil. 102. in fin.

Supradictis accedebat, quia fideiussores obligatio erat etiam secundum formam prouisionum Bononien. quibus cauetur, vt bona debeant tradi libera Alexand. consil. 63. numero 11. lib. 6. Dec. consil. 483. numero 18.

RESOLVT. CI.

- 1 Emptor secundus cui realiter possessio fuit tradita præferatur primo emptori.

- 2 Electione pendente venditio non dicitur perfecta.
- 3 Hypotheca, & constitutum in contractu census non sunt pro principali, sed tantum pro solutione census.

Censuarius contractus an dicatur validus si fuerit constitutus super prædiis eligendis nunquam facta electione, & an creditor medio tempore sit anterior.

Contractus fuit declaratus nullus per Senatum in materia census ex eo, quia fuerat constitutus census super viginti quinque iugeribus eligendis per censuarium emptorem ex maiori pretio, quæ electio nunquam facta fuerat, cum esset contra formam Bullæ, & fuit dictum non posse ideo inquietari tertium possessorem conuentum hypothecaria pro solutione censuum, cum super bonis ab eo possessis nulla posset extare hypotheca, cum fuissent vendita pendente electione, nam non potest ex illo contractu dici ius aliquod reale translatum in emptorem census, etiam quod adesset clausula constituti, immo secundus præfertur, cui realiter possessio fuit tradita Bartol. consil. 74. Morot. conf. 44. Boer. decis. 183. n. 6. qui loquitur de ista electione, quod illa pendente nulla sit venditio.

3 Minus autem potest competere hypotheca contractui resoluti, quia hypotheca, & constitutum in contractu census, non sunt pro principali, sed tantum pro solutione census, quia principalis nulla est obligatio, cum non cogatur venditor nisi volens pretium restituere ex bullarum tenore, & in instrumento nulla solet fieri promissio restitutionis pretij, dicerem tamen ex quadam æquitate competere hypothecariam contra tertium pro pretio facta plena excussione: ita fuit decisum in causa Olerij, & Baruchi me referente, 1614. 21. Aprilis.

P R A X I S C I T A T I O N I S E D I C T A L I S.

RESOLVT. CII.

- 1 Citatio per edictum fit contra interesse prætendentes, & dicitur per edictum, quia in iure fieri solebat.
- 2 Citatio per edictum non potest fieri à quocunque iudice, sed à Principe, eius legato, vel magistratu ordinario, non tamen à pedaneis iudicibus.
- 3 Dicta citatio debet fieri in scriptis, vt appareat expeditam esse, quæ affigitur post publicationem in locis vicinis, num. 4.
- 5 Citatio per edictum debet pluribus publicis locis publicari, & affigi, saltem duobus, vel tribus.
- 6 Citatio dicitur nulliter exequuta, nisi sit relicta copia parti, quamuis sit affixa.
- 7 Citatio per edictum fit contra vagabundum, vbi versari solet, si clericus sit in foribus Ecclesiæ, quæ tamen non fit quando constat de loco certo.
- 8 In edictali citatione assignanda debent adesse duo, vel tres testes, & tempore celebrationis minorum, & exequutor debet explicare modum, & formam contentam in citatione, num. 9.
- 10 Locus non tutus pro citato allegatur.
- 11 Edictalis citatio fit post nominationem, & ante confirmationem beneficii.
- 12 Cum accipitur hereditas beneficio legis, & inuentarij in tali inuentario necessaria est citatio per edictum.
- 13 Edictalis citatio fit etiam per iudicem laicum in causa possessorij beneficii per viam extrajudicialis defensionis.
- 14 Dum aliquis vult promoueri ad sacros ordines fit citatio per edictum à Prelato, vt de eius moribus fide &c. deponatur.
- 15 Clericus non residendo trina monitione affixa in valuis Ecclesiæ, nisi venerit, beneficio priuatur.

16 Re-

- 16 *Requiritur saltem pars citationis edictalis, cum sit copia instrumenti cancellati.*
 17 *Contumax per citationem edictalem, reſeſſis expenſis auditur. num. 17.*

De citatione per edictum nonnulla practicabilia.

Confundunt nonnulli citationem per edictum cum citatione per proclama, cum sint quodammodo diuerſe, idcirco relinquo has differentias, & necessarios incumbam.

- 1 Citatio per edictum fit contra interesse preſententes, diciturq; per edictum, quia proponitur in Albo, ſive in muro, vt fieri ſolebant pratorum edicta, vt dicit Summus Pontifex in clement. prima, de iudic. de qua Specul. in titul. de citation. §. ſequitur numero decimo tertio, verſicul. & nota ſecundum Vbertum gloſs. Petr. de Anchar. & alij in dict. Clement. vbi Ioan. de Vanquell. conſuſion. quinta, dicit tamen Specul. in loco allegato, hanc citationem non eſſe in vſu, cuius contrarium video ſeruari maxime cum de hac citatione meminerit Iulianus in l. Senatus §. Diuus ff. de iure ſcilicet de hac citatione per edictum habetur per Rotam in nouis in deciſion. 367. incip. ſi committatur Hyeronim. Treurer. diſputation. ſelectat. libro primo, diſputation. 4. Theſi. 2. in fin. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. libro 48. capitul. 7. numero 6. cum pluribus ſequent. Fulc. de viſitation. libro ſecundo, capitul. 5. numero primo, Termineus in proceſſu iuris ſcripti. capitul. 12.
- 2 Declara primo citationem per edictum non fieri indiſtincte per omnes iudices, vel magiſtratus, quia a minoribus (niſi delegatis a Principibus) & a pedaneis iudicibus citationes huiusmodi fieri nequeunt, vt dicit Specul. in dict. titul. de citat. §. ſequitur numero 13. Hinc Ioan. de Vanquell. in dict. Clement. prima, ſub conſuſion. quinta, dicit aduerſe tamen quod non omnes iudices poſſunt modo prædicto citare per edictum, ſed ſolum ordinarij maiores, & delegati a Principe, non autem Pedanei iudices, qui ſolum habent cognoscere de vilibus cauſis paruis, ſimiliter nec delegati inferiorum a Principe, ita notatur in l. ſancimus C. de iudic. Hoc idem voluit Maranta in Specul. aureo parte ſexta, titul. de citation. ſub numero 63. Rebuff. ad conſtit. Gallia tomo tertio, rubric. de citat. numero 94. & in Concord. Gallia titul. de conſtitution. in verb. per edictum.
- 3 Declara ſecundo hanc per edictum citationem debere ſcriptam eſſe, aut ſaltem in actis deſcribi, vt citationem expeditam eſſe appareat Marant. in Specul. aur. parte ſexta, titul. de citation. numer. 62. Quia fruſtra diceretur illam poni debere in Albo, vt ſtatim dicam.
- 4 Declara tertio debere affigi poſt illius publicationem in albo ſive in locis vicinis citati, in quibus verifiſimiliter citandi notitiam habere poſſunt capit. vbi periculum de elect. in 6. Clement. vnica de ſor. compet. l. dies cautionis §. tories de dam. infect. vel in curia aut in platea publica, vel in Valuis Palatij Marant. in loco alleg. numero 64. Ioan. de Vanquell. in dict. Clement. prima, de iud. conſuſ. vltim. in fin. Caſſador. in deciſion. 4. titul. de dol. & contum. & in deciſion. 1. titul. de appell. de albo, qui vult videre legat Duaren. diſput. libro 5. capitul. 48. Coraſ. Miſcell. lib. 4. cap. 6. Cniac. obſeruat. lib. 10. cap. 10. & lib. 21. cap. 24. Chartat. in deciſion. Genu. 14. numero 2. 3. 6.
- 5 Subdeclara non debere ſolum legi citationem per edictum, & publicari in vno loco, ſed in pluribus locis, & affigi non in vno loco, ſed pluribus ſaltem

duobus, aut tribus argument. 1. pluralis de reg. iur. in 6. voluit Rota in nouis in deciſion. 79. incip. ſi committatur cauſa, & antea Rota in ant. quis in deciſion. 522. incip. Nota quod ſi committatur. Gail. practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 57. numero 3. & 10. Vbi inquit in camera Imperiali dari ſupplicem libellum, in quo exprimere debet pars ſupplicans ad minus tria loca vicina domicilio citandi, vel quod hoc fit in cancellaria facturus, deſerere tamen affigi, & affixam dimitti, Rota in nouis dict. deciſion. 223. Peregr. in deciſion. nouiſſima Roman. 260. in deciſion. 268. libro 2. volum. 3. & in deciſion. 136. libro 3. volum. 3. Rebuff. in concord. Franch. titul. de conſtitution. in verb. edictum. Caſſador. in deciſion. 4. numero 1. de dolo, & contum. & in deciſion. 1. numero 2. titulo de appell. Bellam. in deciſion. 538. numero 1. Termineus in proceſſu iuris ſcripti capit. 12. Aſin. in practic. §. 6. capit. 6. requiſito 4. Peregr. in deciſion. 322. num. 5. lib. 3. vol. 3.

- 6 Subdeclara quod citatio dicitur nulliter exequuta quamuis fit facta affixio, niſi ſit reſeſſa copia parti Rota in nouis in deciſion. 223. incip. ſi committatur Verall. in deciſ. 109. num. 2. lib. 1. Tholom. in deciſ. 773. lib. 3. vol. 3.

- 7 Declara quarto citationem per edictum fieri contra vagabundum non habentem ciuitatem permanentem, vel certum domicilium, quia tunc publicatur, legitur, & affigitur in loco vbi vagabundus conuerſari ſolebat, & ſi eſt clericus in foribus Eccleſia Marant. in dict. tit. de citation. numero 64. Gail. libro 1. obſeruat. 57. numero 4. & 5. Herman. Vulteus iuris prudent. Romanor. lib. 2. cap. 28. verſ. edito fit, vel domi vbi habitare ſolebat Verall. in deciſ. 117. n. 4. lib. 1.

Subintellige non fieri citationem per edictum, quando conſtat citandum eſſe in loco certo Gamma in deciſ. Luſit. 237. num. 1.

Declara quinto citationem per edictum procedere & fieri contra latitantem, vel taliter ſe occultantem ne citatio ad ipſius notitiam perueniat, de hoc loquitur Clement. prima, de iudic. Marant. in dict. tit. de cit. numero 65. Gail. libro 1. obſeruat. 55. numero 4. & obſeruat. 57. num. 1. Rota in nouis in dict. deciſion. 223. Rebuff. ad conſtitut. Gallia tomo 3. tit. de locat. num. 96. & in concord. Franch. in rubr. de conſtit. in verbo edictum in princip. Rota in antiq. in deciſion. 753. dic. quod Termineus in proceſſu iuris ſcripti cap. 12.

- 8 Declara ſexto, quod dum iſta edictalis citatio affigitur debent eſſe duo vel tres teſtes, & hoc ex lege huius Regni Neapolitan. per conſtitut. Regni incip. citationis literæ, de qua poſt Iſer. in capitul. primo, colum. ſecunda, de milite vaſallo, qui contumax eſt Marant. in dict. titul. de citat. num. 64. & 65. Arnon. in problemate 60. Tholom. in deciſio. nouiſſim. Rom. 1016. lib. 3. vol. 3.

Subdeclara non ſufficere affixam fuiſſe ad valuas Eccleſia, niſi dicatur tempore celebrationis diuinorum, & vbi populi multitudo Tholom. in deciſion. nouiſſim. Roman. 1057. libro tertio, volumine tertio.

- 9 Declara ſeptimo exequutorem ſive nuncium citationis per edictum non debere facere ſimplicem relationem, ſed referre per Notarium qualiter fuit exequuta citatio explicando modum, & formam in illa citatione contentam, non autem ſimpliciter, prout in literis ita Bellamer. in deciſione 200. quod reſert & ſequitur Veſtrius in praxi Curia Roman. libro quarto, titul. tertio, in fine, & hoc ſpecialiter in citat. per edictum non in alijs poſt Panormitan. in conſil. vigefimo octauo, volumine primo, & Dec. in conſil. 538. viſo puncto numero ſeptimo.

ptimo, voluit ibidem Grauat. sed sufficere quod in actis dicatur edictum fuisse affixum Socin. sen. in capitul. accedens numero 33. de purgat. canonic. quam sequitur Fuscus de visitat. librorum capit. quinto, numero primo, & in relatione nominet testes, coram quibus citauit Rebuff. ad constitut. Gallia tomo tertio, tit. de cit. art. 2. gloss. 4. numero quinto, & sexto.

10 Declara octauo locum non tutum allegari posse per citatum ob bellorum fortē, & inimicitiarum impedimenta, vt scripsit Maranta in dict. tit. de citat. num. 66. Gayl. lib. primo, obseruation. 57. num. secundus, sed hoc mihi speciale non videtur in citatione per edictum cum locum habeat, & in alijs Rebuff. ad constitut. Gallia tomo tertio, tit. de citat. num. 67. & in concord. Francia tit. de constitut. in verb. edictum in princip.

11 Declara 9. citationem per edictum fieri quando facta est nominatio ad beneficium, siue ius patronatus Ecclesiasticum antequam electus confirmetur argument. cap. final. de elect. in 6. voluit Rocch. de Curte de iure patron. in verbo honorificum, quæst. 38. proponitur enim edictum vt subijciatur examini, vt eligatur magis idoneus, de quibus habetur in Concilio Tridentino sessio. 24. cap. 18. incip. expediri de reform. super quo scripsit Nauarr. in summ. confess. cap. vigesimo quinto, num. 139. Ioann. Bapt. Antonus in Carthechil. Neapolitano fol. 43. Cotta in decisio. nouissim. Roman. 48. & Seraphin. Oliuar. in decisio. 481. num. septimo, volum. 4. Francisc. Viui. in decis. 309. Ripa obseruat. 373. & post eum Ioann. Baptista Costa de remed. subsidiar. remed. decimo tertio, num. 13.

12 Declara decimo citationem per edictum necessariam fore in inuentario faciendo cum accipitur hereditas cum beneficio legis, & inuentarii iuxta legem final. C. de iur. deliberat. quia et si eo casu creditores certi sint citandi tamen incerti, & incogniti sunt citandi per edictum, licet aliqui velint esse citandos per proclama. inter quos est Maranta in d. tit. de cit. num. 69. quia tamen affixione illius opus est, ideo necesse est per edictum esse debere, vt est de mente Alex. & Ripa in l. rem. quæ nobis, num. 45. ff. de acquiren. posses. Corn. in d. l. fin. Castador. decis. 1. tit. de appell. Duran. de arte testandi tit. 9. cautela 8. vers. 6. vide tamen Guid. Pap. in tractat. de inuent. num. 50. Porcellin. in tract. de inuent. §. quartum, num. 7. Roland. a Valle in consil. 53. num. 23. volum. 2. Phanucium de Phanuc. in tract. de inuent. parte 3. num. 20. Didac. Spino. in Specul. test. gloss. 35. num. 21. Surd. decis. Mantuan. 8. num. 8. Port. commun. opin. lib. 1. conclus. 45. vers. Septuagesimo nono. Gabriel. in tit. de cit. conclus. 1. num. 264. Cardin. Put. decis. 267. num. 4. lib. 3.

13 Declara vndecimo, solet expediri citatio per edictum per iudicem secularem in causa possessorij beneficij per viam defensionis extrajudicialis in spoliacione Laici, vel Clerici, & vltra quod habemus iura Regni hoc disponentia, vt in cap. Regni, primo incip. ad regale fastigium, secundo omnis prædatio, tertio finis præcepti charitas, quarto charitatis affectus. Afflic. decis. 2. & 24. quod non solum seruatur in hoc Regno, vt per Grammat. decis. 78. sed in Gallia, Hispania, Lusitania, Venetijs, Sabaudia, Florentia, in Camera Imperiali, & in toto Orbe Christiano Guid. Pap. decis. 1. num. 171. num. 1. & 85. Rebuff. ad constitut. Gallia tomo 1. tit. de sent. exequ. art. 1. gloss. 11. & tomo 2. tit. de benefic. cadauer. art. 1. gloss. 3. & tomo 3. tit. de mut. posses. art. 5. gloss. 1. num. 19. Boer. decis. 69. num. 23. Francisc. Marcus decis. 190. num. 6. volum. 1. & 215. num. 3. vol. 2. Cachet. decis. 116. Theisaur. decis. 82. num. 1. & 117. num. 1. & 131. Valæscus Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

consult. 93. Berous consil. 56. vol. 3. Cranett. consil. 258. Natta consil. 411. num. 1. volum. 3. Minfynger. obseruat. 57. cent. 2. Menoch. de recup. posses. remed. 15 num. 120.

14 Declara duodecimo, citationem per edictum emittit prælatus, dum vult aliquis ad Sacros ordines promoueri, vt denuntient de illa persona ætatem institutionem, mores, doctrinam, & fidem Concil. Trident. sess. 23. c. 7. incipiente S. Synodus. Fuscus de visit. lib. 2. c. 5. num. 2. cauebatur antea ex cap. quando 24. dist. Cucchus instit. Canon. Maior. lib. 4. tit. 12. Timot. de iustit. visit. lib. 1. tr. 3. c. 19. Lancellott. lib. 1. instit. Canon. tit. communia tam maiorum, quam minor. ord. §. præcedet autem, & ad materiam adde Ioann. Franciscum de Paninis in baculo pastoralis, siue de visitatione par. 2. qu. 6. per totum.

15 Declara decimotertio, citationem per edictum fieri notum est, quando beneficiatus non residet in Ecclesia sua residentiam exigente, quia tribus vicibus, per trina edicta monetur, quod reuertatur ad residentiam, quæ in foribus, ac valuis suæ Ecclesiæ affiguntur, & expectatur postmodum per semestrem tempus intra quod si non venerit, beneficio priuatur, cap. ex tuæ, vbi Panorm. & alij de cleric. non resid. Maranta in Specul. par. 6. tit. de cit. num. 72. Concilium Tridentinum aliam prouisionem, ac penam statuit sess. 24. de reform. cap. 1. incipiente cum præcepto.

16 Declara decimoquarto, citationem partis saltem per edictum contra interesse prætendentes requiri, dum reassumitur, vel fit copia instrumenti cancellari, Cappella Tholos. decis. 417. incipiente, item a. valeat reingrossatio Rota in nouis. decis. 10. incip. Fuit dubitatum vtrum.

Declara decimoquinto, citatum per edictum, vel per contradiclas dici fictum contumacem, & ideo reiectis expensis debet audiri etiam contra rem iudicatam Verall. decis. 128. lib. 1.

PRAXIS CLAUSULARVM.

RESOLVT. CIII.

- 1 Clausula appellatione remota quos effectus pariat.
- 2 Appellationis causa quando est inferenda, & insistenda.
- 3 Clausula appellatione remota intelligitur solum quo ad nominatos in rescripto.
- 4 Nominatus in rescripto, qui representat aliam personam, dicitur tertius.
- 5 Statutum remouens appellationem intelligitur inter contrahentes.
- 6 Appellatio quando tollitur semper intelligitur respectu lingantium.
- 7 Clausula appellatione remota non intelligitur quando sententia est notorie iniusta.
- 8 Etiam si sit dictum omni, & quæcumque appellatione remota.
- 9 Appellatio nunquam censetur prohibita, vbi constat de notoria iniustitia.
- 10 Appellatio ab excessiua taxatione, nunquam censetur ablata.
- 11 Clausula appellatione remota intelligitur de contradicloribus de facto.
- 12 Clausula appellatione remota posita in persona delegati nunquam transit in subdelegatum.
- 13 Item est odiosa, & respicit præiudicium tertij.

(E 33)

E Clau-